deprecatur, Pater glorificame gloria denarrare eius dictum quam habui priusquam mundus esset
apud te, Dicrumen decaeris In medio sacramentis. Venit ad mortem quae non
consuetro mortalium nomine. sed quia in xpo erat ultra perpetuo requiem appellatur,
Nos autem ut manifestum legenti sensum faceremus prodormitione et requie
alterouerbo. sed eodem sensu sepulchrum uertimus, Intempore igitur illo quando
xpi introtomundo euangelium coruscauit. et replauit fuerit omnis terra scientia dni
sicut aque maris terram operientes. erit radix iesse et qui de eius stirpe conscendit
Insignum omnium populorum. Et ui deant populi signum filii hominis in caelo
qui habebat cornua In manibus suis. In quibus abscondetur fortitudo eius ut et alta
tus trahat omnia ad se. sicut lxx transtulerunt resurget amor tuus. ut pri inceps
sit omnium nationum et uniuersae gentes sperent In eo, Quod et iam iacob, dni tribu
iuda. neq. dux de femoribus eius donec ueniat cui reposita est. ipse erit expectatio gentium,
Et erit in die illa adiicet dns secundo manum suam ad possidendum residuum
populi sui. quod relinquetur a bassiriis et a aegipto et a pathiros et a aethiopia.
et a bhelam. et a senaar. et a emath. et a insulis maris, Et leuabit signum in natio
nes. et congregabit profugos israhel. et dispersos iuda colliget a quattuor plagis
terrae, Et auferetur zelus ephraim. et hostes iuda peribunt, Ephraim
non aemulabitur iuda. et iudas non pugnabit contra ephraim. Et uolabunt
In humero philistim permare. simul predabuntur filios orientis, Idumea et Amo
ab, preceptum manus eorum. et filii amon obedientes erunt,
In die illa. hoc est in illo tempore. de quo et supra dictum est. Cum surrexerit radix
iesse insignum populorum. siue ut dominetur gentium. Ad possidendum dns secun
dum manum suam. et nequaquam iuxta nostros iudaizantes in fine mundi
cum intrauerit plenitudo gentium. Tunc omnis israel saluus fiat. Sed haec omnia
In primo intelleganus aduentu, neq. enim possumus cum una die dicatur. et nunc
et superiellam referre ad primum aduentum. et istam ad secundum. ne haec per
quae sequuntur. et illa quae pcesserunt ad eum referenda sint xpm. quem iudei nec
dum uenisse. sed uenturum. eo contendunt, Post uocationem igitur gentium
quae quondam In cauda reputatae sunt. israel In capitem reputabitur. ut ad ponat dns
secundam manum suam. et possideat residuum populi sui, De quo et supra legimus,
Non omnem israel. sed reliquias. et saluandas quae relictae fuerunt a bassiriis. et ab
aegipto. et a diuersis per circuitum nationibus, Primum enim xii apostoli
et L.xx. et c.xx. animae et quingenti. quib. partim congregatis dns apparuit,
Deinde tria milia. et quinque milia iudaeorum In dnm crediderunt, Iacobus quoq.
ad paulum apostolum loquitur. qui ipse de reliquis erat, Videsfrater quanta
milia sint iudaeorum credentium, Hi omnes aemulatores legis sunt, Et in eodem
uolumine legimus, Erant autem In hierusalem habitantes iudei uiri timorati.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc455/0112